

Responsio cesareæ majestatis super articulis quos magnificus dominus orator serenissimorum principum Vuladislai Hungariæ et Bohemice ac Alberti Poloniæ regum, suæ majestati proposuit et replicavit.

Et primo, quantum ad id quod præfati serenissimi reges, per supradictum oratorem suum a cæsarea majestate petunt, ut contra turcas seu Christi inimicissimos hostes sibi auxilium ferant, et una secum contra illos expeditionem sumant, universæque christianæ reipublicæ, quæ in dies eorum incur-sibus et depopulationibus devastatur, communibus viribus opitulentur; respondit cæsarea majestas, quod cum semper ejus animi fuerit sitque ad hunc usque diem, ejusmodi expeditioni cunctis viribus suis incumbere, gratissimam sibi fuisse requisitionem suprascriptorum serenissimorum regum. Sed cum hactenus ipsa ob plurimorum hostium infestos animos, quibus jam multis annis obsistere coacta fuit, maximeque a serenissimo francorum rege, qui inter cæteros potentissimus est, ad hunc diem se defendere oporteat; qui non contentus victoria ducatus mediolanensis, in dies totam Italiam, et hodierno die Pisas et Senas occupare intendit, quæ nullo jure ad illum spectant, sed sacro imperio immediate subjecta sunt, divertitur invita ab eo perficiendo desiderio, quod ab ineunte fere ætate potissimum præ oculis habuit, ex toto semper cordis affectu concupivit. Cumque electores cæterique principes et status sacri romani imperii in hoc celebri conventu augustense congregati cognoscerent in primis ipsius cæsareæ majestatis animum, quantumque christianæ reipublicæ necessitas hanc opem requireret, ne diutius tanta damna Christifidelibus inferantur, unanimi voto et consensu decreverunt, non modo contra maniheticos hostes catholicæ fidei consulere, sed etiam contra alios quoscumque, qui sacro imperio infesti sunt, opportunis remediis providere. Quod tamen, cum non facile agi posse videatur, nisi prius constituta et firmata pace inter ipsam cæsaream majestatem et serenissimum francorum regem, quibus ab hostilibus armis quiescentibus, omnis postea expeditio facilius futura est, constituerunt dignam quamdam legationem ad ipsum serenissimum francorum regem, propter tractandam pacem et concordiam supradictam, mittere. Quæ cum propediem ad statutum iter profectura sit, non possitque cæsarea majestas ullo modo absque tali concordia et pace, propter Italiæ oppressionem, contra turcas statutam provinciam assumere, præ-

dictos serenissimos Hungariæ et Poloniæ reges intelligere cupit, quod omnino concordia ipsa, quæ omnium judicio futura creditur, expectari debeant; et cum primum illa secuta fuerit, vult sua majestas præfatis regibus significare, et ipsorum et aliorum christianorum principum consilio tractare, quo pacto quibusve modis talis expeditio suscipienda videatur, ut cum honore et totius christianæ reipublicæ commodo et augmento perfici possit. Intendit sua majestas tunc, cum omnibus sacri imperii romani viribus atque potentia huic negotio incumbere. Si autem pax ipsa apud præfatum francorum regem, pro christianorum salute obtineri non possit, constituent et ordinaverunt sacra majestas et ipsi principes conventum quemdam generalem, qui, in urbe Norimbergæ residens, consulere pro tempore debet non modo necessariæ expeditioni contra turcas suscipiendæ, sed omnibus incumbendis occurrentiis, quæ sacrum romanum imperium juridice concernunt. Est quæsitæ maxima pax cæsareæ majestati in eadem ordinatione, et minime dubitat ibidem super his omnibus bene et serio provideri debere. Et si ipsi serenissimi Hungariæ et Poloniæ reges particularius modum et formam suscipiendæ expeditionis intelligere voluerint, mittere poterunt oratores suos ad conventum prænominatum, ubi singulatim omnia percipient, confiditque ipsa cæsarea majestas, tanto levius imminenti necessitati provideri posse, quod nunc in hoc conventu et toto imperio subsidia constituta sunt, quibus sufficiens et idoneus exercitus comparari et retineri tandem poterit, quoad omnis suscepta expeditio absolvatur.

A di 28 octubrio. In colegio, fo el di de San Sy- 392
mion, vene sier Marco Marzelo, quondam sier Jacomo Antonio, el cavalier, e mostrò una letèra di sier Valerio Marcello, suo fradello, è prexon di turchi; qual à 'uto taia ducati 1200. Scrive a certo prete; e in conclusiom dimandoe, la Signoria nostra fusse contenta darli di contadi, dil suo servir sopracomito, quello li resta, acciò si possi riscatar. Il principe li disse, si vederia.

Vene sier Zuam Badoer, el dottor, va orator a Napoli, e tolse licentia dal principe et colegio. Et cussi si parti a di 29 ditto.

Item, essendo zonto in questa terra sier Fantin Zorzi, quondam sier Antonio, fo capetanio e proveedor a Corom, parse a la Signoria con tutto il collegio di cometerlo a li avogadori di comun, venisse a le prexon, atento havia dà la terra al turcho contra le leze nostre. E cussi fo chiamato sier Piero